

I. N. 7.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
AVTODICEN
die Selbst-Hülffe/

continens

Quam

EX DECRETO

Magnifici Jctorum Ordinis in Illustri Salanâ,

SUB PRÆSIDIO

DN. GEOGII ADAMI

Struven/

HÆREDITARII in Blankleben & Benig = Sebna/
JCTI CONSUMMATISSIMI, SERENISS. DUCUM SAXO-VINA-
RIENSIIUM CONSILIARII INTIMI EMINENTISSIMI, FACULTA-
TIS JURIDICÆ PRÆSIDIS ORDINARII, CURIÆ PROVINCIAL.

ET SCABINATUS ASSESSORIS PRIMARII,

Dn. Patroni summâ observantiâ devenerandi,

PRO GRADU DOCTORALI

in utroque jure,

ejusque honoribus ac privilegiis le-
gitimè consequendis,

publico & solenni Examine submittit

CASPAR Besser/

Judiciorum provincial. in Lusatia Superiori Advocatus Ordinarius.

ad d. 18. Jul. An. M. DC. LXXVIII,

Horis ante- & pomeridianis

JENÆ, Typis PAULI EHRICHII. 1719.

Coll. diss. A
224, 40

Diss. A. 224(40)

AVTODIEN

DE RECHT

CONTINENS

XI. PARS

IN RECHT

DE RECHT

DN GEORGII ADAMI

HEREDITARIUM & RECHT

RECHT

RECHT

SR. O. GRAD. D. C. GRAD.

ejusque honoribus ac privilegiis

CA. S. P. A. R.

Judicio in provincia

THEATRI





I. N. J.



Uperato per DEI gratiam utroq; Examine, & praelectione, ut vocant, cursoria, pro consueto hujus Academia celeberrime more, publicè peractâ, Dissertatio Inauguralis erat addenda & Eruditorum disquisitioni subjicienda. De cujus igitur conscribendi materia cum sollicitus essem, in mentem veniebat in foro haetenus compluries obventum propria ultionis studium. Quod sane in hac mundi corruptela tam altas egit radices, ut nullus ferè dubitaret, vindictam, non dico vel affectandi, vel obferente loco fervoris impetu agendi, sed absq; ullo Divini Judicis & virtutis observatu praemeditato consilio palam profitendi sive comminandi ultionis suae praconceptum. Veruntamen ab hoc illicito studio semet vindicandi discernenda venit concessa aliquando à superis Juris nostri absq; singulari Judicis cooperatione prosecutio, qua ansam mihi subministravit, hanc Autodicen conscribere, adeoq; jura quaedam non solum se licitè vindicandi, sed & sibi insuper legitime dicendi, Dissertationis Inauguralis loco, non octodecim vel pluribus quaternionibus, quod ob negotia domum retrahentia non licet, sed paucioribus, ad finem tamen publicè examinanda materia uberrimis thesibus, proponere. Quod ut feliciter succedat, divinum Numen imploro.

A 2

THE.

Avtodicen (quam Germanicè in negotiis meræ facultatis die freye Hand, vel respectu actuum, qui contradictione quadam nituntur, die Selbst-Hülfe, vid. *ib. 6. seqq.* exprimere possem) ex Græcis vocalis *αυτος* & *δικη* compositam esse, ipsemet verborum sonus edocet; quam & *Chirodicen* suo modo appellarem *ἀπὸ τῆς χειρὸς* hocque partim ex eo, quod manu promptius expediatur; partim ex *arg. pr. 7. de Libertin. L. 4. ff. de 7. & 7.* quod, qui manui suppositus non est, sed eam habet liberam ratione certi actus, etiam quoad eundem avtodicus vocari mereatur. Ast quoniam *Chirodice*, si das *Faust-Recht* explicetur, sæpius famosioris significatus sit, & in vitiorum partes rapiatur, hanc nominationem sepono.

TH. II. Describo Avtodicen: Quod sit facultas lege concessa, sibi ipsi absque Judicis interventu jus rectè obtinendi.

TH. III. Causa ejus *efficiens* est legis permissio, (sive illa plena sit, sive minus plena, non curò cum utraque hic locum mereatur) quæ partim non potest, partim non vult Judicis officium interponere *add. Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. L. 1. cap. 3. §. 2.* quin potius, ut *causa finali* satisfiat, juris & justitiæ administrationem & à proximo impetrationem cujuslibet subditi conscientia permittit, ita ferè, ut fieri assolet (positis tamen terminis habilibus) inter duas potestates superiorem non recognoscentes. *Materia circa quam s. objectum* Sunt res juri subijcibiles. *Materia in qua sive subjectum* sunt cives Reipubl. nam de avtodicâ Majestatum auctoritate hic mihi sermo non erit. *Formam* in actuali celebratione & confectione actuum licitorum, & absque Judicis interventione susceptorum, (sive illi meræ facultatis sint, sive contradictione indigeant) positam opinor.

TH. IV. Dicis: neminem sibi jus dicere posse, (quod etiam ab *Aristotele* videtur repetitum *5. Ethic. 3. & 1. Moral. 34.*) ne Judicem

dicem quidem *arg. L. 10. de Jurisdic. add. L. pen. ff. de Off. Assess. L. 17. de Judic. junct. l. 13. §. 4. ad SCr. Trebell.* Ergò ea, quæ de Avtodice in actibus, contradictionem partis adversæ admittentibus, protuli, non-entia esse atque supervacua. Respondeo, procedere regulam hanc limitatè, quod sc. nemo privatus sibi jus dicere possit absque permissione legis & magistratus, vel expressâ vel præsumtâ, imprimis si casus necessitatis, aliamque boni publici promotionem respexeris, quo faciunt *L. 3. de J. & J. L. 1. §. 27. de Vi & Vi armat. L. 1. C. quando lic. unicuiq. sin. Judic. l. 10. §. 16. qua in fraud. Credit. Ad cit. l. 10. de Jurisd. & seqq.* dici potest, illam continere regulam, quæ tamen stat, salvis nihilominus suis exceptionibus *vid. l. 77. de Judic.* Loci *Aristotelis* de planè diverso casu loquuntur: ipse namque ibidem sustinet, justitiam semper versari circa alios, cum homines doceat, ut suum cuique tribuant, atque per hoc neminem lædant aut injuriâ afficiant. Nemo verò juxta commune Ethicorum ac Jctorum axioma, sibi ipsi volenti propriè infert injuriam *l. 1. §. 5. de Injur. L. 145. de R. J. Barbos. axiom. lib. 9. cap. 63. num. 23. ibiq. plur. alleg. Dd.* Sed solum alteri. Hinc liquet, quo in significato *Aristoteles* voluerit asserere, neminem sibi ipsi jus dicere aut reddere posse. Non dissimili, modo reponere licet *ad Rubr. C. ne quis in sua causa judicet aut jus sibi dicat*, puta per sententiam *add. Brunnem. ad b. t. per tot.* aut absque aliâ concessione legali, & ubi ipse non tam jure ad casum applicato utitur, (ut sit v. g. in sui defensione, retentione &c.) quàm illud de novo per suam sententiam inter litigantes ferendam applicare nititur; de quâ *in pr. b. tb.* monitum.

TH. V. Divido Avtodicen tam respectu objecti, quàm causæ efficientis, in veram & apparentem, illamque rursus in perfectam & imperfectam. *Perfectam* dico, quando non solum factum, lege non prohibente, perpetrare possum; sed & ipsum factum pietatis, honesti & decori regulis non repugnat. Huc refero ex *Jure Civili Justiniano* omnes actus facultatis sive merè.

A;

sive

sive etiam *quid juris admixti* habeant; quales sunt (1.) *manumissio*, quando sc. Dominus ubilibet ferè inter amicos per mensæ adhibitionem, epistolam &c. eandem suscipere; ut & tam absolute, quàm reservatis sibi certis servitiis manumittendos libertate donare poterat: id quod etiam Jure Canonico procedebat *vid. cap. Nullus 4. X. de serv. non ordin.* (2.) *legitimatio*, inprimis per subsequens matrimonium: antiqua enim Curia oblatio cum pristina Reipubl. facie exolevit, quicquid de oblatione monasterio faciendâ *Baldus* substituere velit. Ea, quæ per Principem fit, ad hanc Avtodicen non spectat. (3.) *Donatio*, sive absoluta fit, sive hypothetica, sive antidota præ se ferat: cum ad nullam quis per leges justitiæ particularis cogi queat, nec ut donantem magnæ alicujus quantitatis alat, *vid. Donell. 14. Comment. c. 27.* Sed in omnibus hisce jus sibi dicendi & disponendi liberum habeat. Idem intelligo (4) de Libertate ad *paciscendum* aut se *obligandum*, quemcunque etiam contractum examinaveris: cum ab omni vis, dolus & error, qui consensum, ut pote ejus formale, impediunt, abesse debeat. Huc refero (5.) *testamenti factionem*, heredisque extranei institutionem, quæ in se ad dispositionem liberam tendunt, etiamsi respectu modi solennitate quadam legali indigere videantur. Jungi his poterit (6.) liberior adhuc avtodice in *dominica & patria potestate*, olim ad jus quoque vitæ & necis extensâ *vid. Grot. l. 2. c. 5. §. 7. ibique Dd. spectata* itemque (7.) *potestas maritalis*, aliaque id genus quam plurima, quæ brevitas studio omitto.

TH. VI. Excipiunt hos actus alii graviores, *Contradictionem* alterius præsupponentes, aut ad minimum præsumentes: inter quos ferè præcipuus est *Retentio*, quæ competit Creditori & personis aliis, quas recenset *Richter in velit Acad. 16. de Jure Retentionis tb. 10. p. 293. add. Job. Petr. Moliqnat. spec. tr. de Retentione. Arnold. de Reyger Thesaur. b. V. p. 104. ubi plur.* Estq; tantus ejusdem in jure favor, ut eum ferè verbis aut Doctorum consentientium

tium numero exprimere nesciat *Wilh. Fr. Freundeberg. de Re-
script. Morator. Concl. 53. n. 2. seqq. p. 331.* Sapit enim defensionem,
& transit sine cessione, eaque retentio magis privilegiata est,
quàm persecutio, cum difficilius denegetur, quàm petitio. Aliud
quippe est petere, aliud retinere; neque qui petere prohibitus
est, censendus est prohibitus retinere, cum aliàs facilior sit cau-
sa concedendi exceptionem, quàm actionem, ita ut excipiendo
licitum sit opponere, quod agendo prohibitum est allegare *l. 48.
de R. V. l. 51. de cond. ind.* Hic unicuique modò disquiram: cum
constat, quod conductor propter impensas jus retinendi rem lo-
catam habeat, si pensionem solvit, *an etiam illa retentio conducto-
ri concedenda propter dominii pretextum in re conductà, aut im-
pensas illiquidas, usque dum fuerint liquidatæ; an verò Conductor,
cautione de solvendis impensis liquidatis præstità, re conductà cedere
cogatur?* Resp. quod prius tum maximè, si facile liquidæ fieri
poterunt, locum inveniat; secus si de iisdem magna timeatur
controversia & diuturnalis, aut malitia Coloni appareat; quia
tunc vel cautio admittenda à Judice, vel absolute nonnunquam
conductor ad restitutionem possessionis, & ad novam institutio-
nem actionis de proprietate vel meliorationibus, si quam fortè
sibi competere putat, adigendus est, prout quoque *in Curia Sax.
Jen. Term. Aegid. anno 1668.* pronunciatum esse deprehendi.
add. Magnif. Dn. Pres. Exerc. S. J. C. 24. tb. II. Caterum ut alia
hic præteream, ab hac autodice in puncto retentionis excipitur
in Corpore Justiniano *Depositum*, quod nullius debiti pretextu
retineri debet *L. n. pr. C. de pos.* Quæritur autem *annon retentio
ob impensas in ipsius rei depositæ custodiam factas consequendas de-
positario competat?* Negant hoc secundum rigorem *l. c. Habn.
in not. ad Wesenb. n. 5. ibiq. cit. Dd.* Affirmant è contrario *Brun-
nem. ad. L. c. n. 6.* aliique quos citat *Eckolt. ad b. r. §. 8.* quorum
opinio mitior & æquitati convenientior est. *add. Illustrum Dn.
Presid. Syntagm. J. Civ. Exerc. 21. tb. 3. §. 44.*

TH. VII.

TH. VII. Sequitur (2.) *compensatio*, quæ est debiti & crediti inter se contributio, *l. 1. de compens.* multisque modis à retentione differt, prout videre est ex iis, quæ docet *Illustr. Dn. Pres. d. l. Ex. 21. tb. 30.* Habet autem illa locum etiam in debitis juratis, cum sit solutionis species; modò tempore jurisjurandi non subfuerit mutuum debitum, sed postea supervenerit. Aliàs ut compensatio legitimè procedat, requiritur utrinque summa sive debitum: Hinc si ab altera parte debeatur species, compensatio non procedit, nisi species intelligatur æstimata: Hoc modo resolves quæstionem: *an in commodato detur locus compensationi?* Quod delicta possint invicem compensari, expedita res est *L. 39. ff. soluto matrim.* præsertim si non tam interesse Reipublicæ, cui compensatione præjudicari nequit, ipsaque delicta, quæ in se adæquatum objectum compensationis non sunt, quàm obligationem ex delicto utrinque partibus debitam ponderaveris.

TH. VIII. Excipiat compensationem (3.) *Pignoratio*, de quâ quoad jura moralia & Gentium *conf. Grot. de J. B. & P. l. 3. c. 2. per Pot. ibiq. Dd.* similiter quoad Jus Publicum Imperii *vid. Gail. de Pignoration. Bartol. Jacob à Canib. & Peschwiz. de Repressal. Mey. part. 1. Decis. 34. Klock. vol. 1. c. 29. num. 506. & seqq.* Et mihi nunc sufficiant pignorationes inter privatos modò leviori penicillo notasse. Quanquam verò hæc autodice juri intentionique Justinianæ minimè videatur conformis, præprimis quoad præhensionem animalium, nisi quòd includere liceat, non tanquam pignus, sed solùm Domini detegendi causâ *l. 39. ad L. Aquil. i. e. si Dominus ignoretur, tam diu retineri possit, donec Dominus conveniendus appareat;* Ex generali tamen totius fere Germaniæ consuetudine, adeoq; etiam Jure Saxon. pignorationes tam ex causâ pastus, quàm pauperiei, hodie usitatas esse, attestantur *Magnif. Dn. Preses S. J. C. Ex. 14. tb. 4. Thom. de Nox. Animal. cap. 23. num. 17. Carpzov. Jpr. Forens. p. 2. c. 27. d. 1. Richter. Decis. 5. ibiq. plur. cit. Dd.* Imò etiam auriga vel eques per alienum agrum iter faciens,

faciens, similiter qui alterius hortum vel agrum populandi vel furandi causâ ingreditur, pignorari queunt, secundum *Jobann Franc. Baltb. p. 4. var. res. t. 15. res. 1. num. 14. & seqq.* Huc variæ de pignoratione aptari possent quæstiones, v. g. (1.) *an propter injustam pignorationem oriri possit actio injuriarum, item, ad restitutionem omnis illius, quod interest?* Utrumq; affirmat, *Mev. p. 2. decis. 304. & 331. item ad Jus Lubecens. 1. p. 126.* Est enim in justa pignoratio species quædam diffamationis, ut probat *Klock. vol. 1. Consil. 29.* Similiter de pecoribus disquirat (2.) *Dn. Thom. l. c. cap. 25. num. 17. & seqq. quis interim, dum pendet pecoris pignorati inclusio aut restitutio* (differenda enim hæc est, quàm diu jus pignorationis est dubium. *Mev. p. 2. decis. 106.* aut satisfactio nondum secuta) *alimenta eidem præbere debeat?* Resp. is, qui inclusit; ita tamen, ut ei credatur, reposcenti post restitutionem alimenta à Domino pecoris, quæ etiam ex jure retentionis bestię quærere potuisset: animal quippe regulariter non præsumitur vivere de vento *arg. l. fin. C. de aliment. pupill.* Quod si animal ex defectu alimentorum apud ipsum, jure licet includentem, perierit, tenebitur ille ex *L. Aquilia de damno in juriâ dato actione utili arg. §. fin. Instit. b. t.* Aliud dicendum de magistratu ejusve officialibus, qui *ad instantiam partis vel ex officio* pignorationes susceperunt; nisi alios cibaria afferre non passi fuerint, *arg. l. 29. §. pen. ad L. Aquil. ubi actio in factum adversum eos decernitur*

TH. IX. Sepositâ pignoratione applicamus (4.) avtodicen nostram ad *Defensionem necessariam*, de eâdem pauca, illaque, saltem potiora (cum varii absolutique Doctiorum Tractatus prostent) ad Disputandum proposituri. Constat autem monente *Hug. Grot. l. 1. c. 3. §. 2. de J. B. & P.* cessare nonnunquam posse Judicem momentaneè, in puncto sc. repellendæ offensionis injustæ ab Adversario nostro intentatæ. Cum igitur vitam nostram nosmet non possideamus patrimonialiter, nec quidem jure usufructuario, sed solum precariò *vid. D. Simon in not. ad Guil. Grot.*

B

de

de Princip. Jur. Nat. cap. 7. p. 121. & per consequens id, quod nostrum non est, verum sanctissimè modò concreditum, in vito proprietario, Deo puta, perdere non possumus, quin potius viribus omnibus tueriteneamur; jam autem Judex terrenus sapius in momentaneo hoc periculo cesset: utique hæc magis naturalem non arbitror in terris dari autodicen. De bonis contra furem improbum & violentum raptorem ad mortem usque jure autodices defendendis non absimile est judicium. Quæ enim inter rem & vitam hominis est inæqualitas, ea favore innocentis & odio raptoris compensatur. *Grot. l. c. l. 2. c. 1. §. 11.* Vid. hic, quæ habet *Magnif. Dn. Pres. in Tract. de Vind. Priv. cap. 4. apb. 10.* & *Carpzov. in pr. Crim. p. 1. qv. 32.* De Pudicitia non expedita satis res est, an propter illius defensionem autodice nostra rectè & quidem ad interitum usque aggressoris defendi queat? circa simplicem violentiæ propullationem omnes conspirant Dd. tentabimus tamen etiam idem de occisione, vi sæpè dictæ autodices, tueri ex *arg. l. 8. §. 2. quod met. caus.* ubi metus stupri gravior metu mortis asseritur. *add. l. 1. §. 4. ad L. Corn. de Sicar.* Idem ferè pronuntiandum de alapâ nobis infligenda; cum nemo ingenuus à pari, & multò magis à se inferiore invitus injuriam perferre cogatur. *add. Dn. Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent. l. 2. c. 5. §. 12. pag. 222. & seqq.* Hæc tamen autodice iterum locum non invenit contra Principem nostrum, aut Magistratum ab eo dependentem, nobisq; præpositum; cui post DEUM in terris obedientiam debemus omnimodam. *vid. infr. tb. 14.*

TH. X. *Violentum insuper possessorem posse* (§.) vi nostræ autodices defacto dejici, si in continenti id fiat *per l. 3. § 9. ff. de Vi & Vi armat.* volunt *Gail. de PP. l. 1. c. 16. & plur. Dd. cit. ap. Brunnem. ad l. 1. c. unde Vinum. 4.* Quia non videmus rei possessionem amississe, quam in continenti recuperamus. Videtur autem in continenti recuperare ille, qui in recuperando omnem adhibuit diligentiam etiam post intervallum multorum dierum. Unde
Dd.

Dd. inferunt, si nobilis vi armatâ iniquè occupet castrum alte-
 rius, quod spoliatus possit pro suâ commoditate illud recuperare
 quandocunque, etiam post sex menses; quia ad recuperationem
 talis castri magnus apparatus requiritur, qui tractum temporis e-
 xigit. Item si Dominus ab alio in iustè ditione & provinciâ suâ
 pellatur, posse eum ditionem suam recuperare per occasionem
 legitimam, etiam post decennium, contendit *Philipp. Dec. consil.*
460. num. 17. 18. 19. p. 500. Talis quippe recuperatio non pro spo-
 lio, sed possessionis continuatione accipitur: jam verò qui posses-
 sionem suam continuat, spoliare non dicitur. Optimè hæc con-
 firmat *Ludovic. Motiv. de Just. & Jur. Tom. 1. Tract. 2. Disp. 16. n. 14.*
p. 89. Cum unicuique ut habetur *in l. 1. C. unde Vil. 1. §. 26. l. 3. §. 9.*
de Vi & Vi armat. ritè possidenti fas sit, armis suam defendere
 possessionem, vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tu-
 telæ, consequens profectò est, eum, qui regreditur, suamque in-
 venit naturalem possessionem occupatam, posse armis, si ita opus
 sit, expellere in iustò eam occupantem, non minus, quàm qui si-
 mul est in possessione Civili & naturali, potest eam armis defen-
 dere adversus injustè eam invadentem, vi eum repellendo cum
 moderamine inculpatæ tutelæ. Ratio, quia defensio civilis pos-
 sessionis ejus, qui regreditur, & invenit rem suam occupatam,
 quoad possessionem naturalem, id postulat: unicuique autem
 fas est, defendere suam legitimam possessionem adversus eam
 impedientem. *add. c. olim 1. X. de Restit. Spoliat. Quæ (6.) de ap-
 prehensione servorum & hominum propriorum; vid. auth. Ad hoc
 C. de Latin. Libert. tollend. Item (7.) de capturâ uxoris fugientis
 jure autodices per agendâ, vid. Joach. à Beust. Tract. de Jur. Con-
 nub. p. 2. c. 66. dici poterunt, ex jure potestatis Dominicæ atque
 maritalis dijudicanda veniunt add. supr. tb 5.*

TH. XI. Sub jiciamus (8.) in puncto autodices nostræ mori-
 bus Germaniæ approbatam, legibusque provincialibus corrobo-
 ratam *retorsionem injuriarum*, quæ an Juri Civili cognita fuerit,

alii disquirant; Mihi negativa verior videtur, quicquid multi in contrarium fingant *per text. ex l. 25. de Procurat. l. 14. §. 6. de Bon. Libert.* ad quos dudum respondit *Illustris Dn. Praeses in Tr. de Vindic. privat. c. 10. n. 4. & seqq. apb. 6.* nec tamen illicita: multum quippe discrepat id, quod absolutè privatum est, & lege magistratus prohibitum ab eo, quod publicum suo modo dici potest per consequentiam quandam & concessionem cujuslibet potestatis territorialis: ad prius referendos putarem textus tam sacros, quam profanos Dissidentium; ad posterius verò prædicatam apud nostrates defensionis loco concessam retorsionis autodice. *add. Matth. Berlich. Conclus. Pract. 64. n. 1. part. 5. ibiq. plur. Dd.* Quæ alias quæstio de retorsione controversâ inter Dd. agitur, *an nimirum retorquens retorsioni formali addere possit: Tu mentiris sicut fur, latro, adulter, corniger &c.* (quam affirmativè decidunt *Berlich l. c. num. 5. & seqq. Carpzov. Jpr. p. 4. c. 46. d. 11. n. 11. ibiq. plur. alleg. Dd.*) à nobis salvâ observantiâ cujusque loci, negativè deciditur. Novæ quippe injuriæ non sunt addendæ, aut cum veteribus cumulandæ; secus si generalis locutio, dolosum infamatorem docens, apponatur: *Du leugst es als ein Schelm und Ehrenschänder.* *add. Dn. Praes. l. c. apb. 10. n. 2. & seqq.* Reliqua hujus thematis requisita leviora sunt, & suo modo desumenda ac dijudicanda ex argumentis *l. 12. & seqq. de Except. Rei judic.* De injectione manus priori Domino competente intuitu servi eâ lege venditi, ut exportaretur; si sc. conditioni non satisfaceret, confer *Dn. Praes. l. c. c. 14. apb. 2.* De retorsione juris iniqui videbimus in autodice apparente *tb. 21.*

TH. XII. Absolvimus quoad præcipuas species *perfectam* autodice juris Civilis & nostri consveti ac statutarii: nunc alia discutienda erunt. Dabantur quippe inter diversas olim gentes varii adhuc casus, qui partim inter nos aboliti sunt, partim cum ipsâ Republicâ esse desierunt. De singulari Zelotarum apud Hebræos jure, qui in aliquot criminibus atrocibus deprehensi à pri-
vatis

vatis illicò sivè impunè verberabantur, sive occidebantur, legi poterit *Selden. de Jur. N. & G. secund. Discipl. Hebr. lib. 4. c. 4. p. 503.* ubi quoque *c. 1. pag. 483. & seq.* multa de vindice sanguinis (sive illo Judæo, qui occiso ita conjunctus erat, ut proximus esset heres) cui fas erat homicidam etiam sine fori sententiâ obvium præoccupando morte plectere, pertractat. Huc refer chirodicens veterum in Germaniâ nobilium, aliorumque magis illustrium, das alte Faust und Kolben-Recht, item diffidationes Befehdungen, probationes per duella (de quo in meâ Dissertat. de Purgatione Vulgari Lipsiæ anno 1672. disputavi) obstagium &c. de quibus th. Sic Noribergenses per privilegium Cæsareum Ludovici de anno 1320. illum veterum Romanorum obtinuerunt rigorem & patriæ potestatis (de qua th. 5. dictum) omnimodam avtodicen: vi cujus parentes filios inobedientes carcere coërcere, demergere & vivos in profluentem possunt, uti refert *Hermann. Hermes. Fascic. Jur. Publ. c. 31. n. 107. Edit prior.*

TH. XIII. *Avtodicen minùs perfectam* quod attinet, vel ea præsupponit dispensationem *super facto ipso*, dum illud per legem superioris toleratur, vel solùm *super pœnâ facto debitâ*, quando nimirum factum prohibetur quidem à Magistratu, sed tamen propter circumstantias concurrentes venia perpetranti conceditur. Sed hanc posteriorem apparentem potiùs, quàm veram avtodices speciem esse, nemo non videt: jure quippe permittente hic non agitur, sed multò magis id, quod in justè gestum est, ob certas causas condonatur. *Prioris* exempla esse poterunt (1.) permissio occisionis à *marito* peractæ, si adulterio depræhensus fuerit persona vilis aut infamis; v. g. leno, qui vè artem ludicram ante fecerit, in scenam saltandi cantandive causâ prodierit, judiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus &c. *vid. l. 24. ff. ad l. Jul. de Adulter.* Ubi insimul requiritur, ut post enecationem maritus uxorem sine morâ dimittat. Hanc avtodicen sequentibus temporibus latius fuisse extensam à Justiniano, ostendunt

dunt, verba *auth. si quis C. b. t.* ubi: si quis ei, quem suspectam habet de sua uxore, ter in scriptis denunciaverit sub praesentia trium testium fide dignorum, & post invenerit eum convenientem uxori suae in domo sua vel uxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis, sine periculo eum perimat. *add. Nov. 117. c. 15. Constit. Crimin. Carol. V. art. 142.* (2.) Patri datur jus occidendi adulterum cum filia, quam in potestate habet; & quidem domi suae, licet ibi filia non habitat, vel in domo generi. Voluit autem lex ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendat, sive in ipsis rebus venereis, quod Solon & Draco dixerunt *ἡ ἐγγυή*, confer l. 20. & seqq ad L. *Jul. de Adulter.* Praeterea haec occisio fieri debet in continenti, h. e. ne occiso hodie adultero, reservet, & post dies filiam occidat pater, vel contra. Nam uno propere ictu & uno impetu utrumque occidat, aequali ira adversus utrumque sumpta. Quod si non affectavit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis apprehensa est a patre, qui persequebatur, incontinenti videbitur occidisse l. 23. §. 4. *b. t.* Neque hoc videtur alienum a nostris temporibus & moribus modernis, prouti docent verba *cit. Const. Crimin. P. P.* Sagt, der Entleibte hätte fürgewendter bekantlicher Anfechtung oder Benöthigung rechtmäßige Ursache gehabt, als geschehen möchte, da einer einen unkeuscher Werke halben bey seinem Ehelichen Weibe, Tochter, oder andern bösen sträflichen Ubelthaten fünde, und darüm gegen denselben Ubelthäter tödtliche Handlung, Zwang und Gefängniß, wie die Rechte zulassen, fürnehme (3.) Lex XII. Tab. *furem noctu deprehensum* occidere permittit: ut tamen id ipsum cum clamore testificetur. Interdum autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat, ut tamen aequè cum clamore testificetur. Notat quidem *Jacob Gothofred. ad LL. XII. Tab.* haec verba: *cum clamore* emblemata esse Triboniani. Ea quippe in *LL. XII. Tabb.* non extitisse, arguit locus *Ciceronis in Orat. pro Milon. XII. Tabb. nocturnum furem*

rem

rem quoquo modo, diurnum autem, si telo se defenderit, interfici, impunè voluerunt. *add. Pufend. de J. N. & G. l. 2. c. 5. §. 17. p. 232. Ziegl. ad Grot. l. 2. c. 1. §. 11. cum Bacbov. ad Treutl. Vol. 2. Diss. 30. tb. 2. lit. B. Bœcler. ad Grot. l. c. p. 20.* Sed hæc adeò præcisè non curamus, cùm experientia quotidiana observantiam Juris Rom. inter nos aperte doceat. *add. Hug. Grot. l. 2. c. 1. §. 12. ibiq. Dd. Tantum de Avtodice verâ.*

TH. XIV. *Apparentis avtodices* species sunt multifariæ pro varietate temeritatum, quas quis Judice competente neglecto, patrare audet. Sic *primò* injusta est avtodice, si quis dum ab altero mendacii arguitur, alterum colapho excipere velit, aut alapa impetitus alterum conetur gladio aut sica confodere, vel aliter occidere. Ut proinde vulgi potius sint, quàm ex vero procedant proverbia Germanorum: *Auf eine Lügen gehört eine Ohrfeige; Auf eine Maulschelle gehört ein Dolch;* ut ut hic posterior aliquando excusari soleat à pœnâ capitis ordinariâ, si ex nimio animi dolore alterum se offendentem occiderit. *Secundò* si quis injuriis laceratus novas injurias retorqueat, in jure sibi dicendo excessisse præsumitur: cuilibet enim injuriæ specialis debetur & vindicta & pœna. Huc *tertiò* referri poterit *l. 7. C. unde vi. l. 13. ff. quod met caus.* tametsi quoad hæc mutationes suas adjecerit Jus Sax. ut videre est aq. *Carpzov. prim. Crimin. part. 2. qv. 88. n. 19.* Et generaliter quando datâ copiâ Judicis in quovis ad ipsum præcisè spectante negotio quis sibi jus dicere audet. *Quartò* si quis *juxta tb. 9.* defensionem suscipere velit contra Principem suum, aut magistratum, injustè licet, at tamen prætextu officii sui contra ipsum experientem: Deo quippe tunc committenda vindicta.

TH. XV. *Quintò* at Avtodicen apparentem refero sequentem casum: Victorianus, ex animo præconcepto agrè faciendi vicino suo Martiali, ejusdem canem, ædes suas ingressum, cepit, & sub specie pignorationis licitæ includi fecit. Martialis Victoriani merum studium vexandi probè persentiscens, similem in modum

dum

dum datâ occasione equum Victoriani è pascuis abduci & includi curat. Victorianus re compertâ *actionem* instituit adversus Martialem, mandatumque de restituendo equo impetrat. Hic *excipit* se non prius ad equi restitutionem adstrictum esse, usque dum ex paritate rei suus restituatur canis, jtm antè de facto inclusus. Victorianus *replicationis* loco contendit, quòd si Martialis canis nomine se convenire voluisset, causam ipsi agendam fuisse coram judicio competente, nec sibi met, dum Judicis sufficiens copia ubique extiterit, jus dicendum; Quare denuò restitutionem equi urget. Martialis *duplicando* infert, se propter vilitatem rei noluisse gravare officium Judicis, aut illud implorare, tùm maximè quòd sibi quis potuisset summo interpretari dedecori, canis ergò in foro actione solenni contendere velle, impensasque facere, ipsâ re majores. His accedere, quòd ipsemet Victorianus sibi jus dixerit, nec tamen restituere canem in hanc usque terminum cõgitaverit: æquum igitur esse ut quòd quisq; juris in alterum statuerit, ipse eodem utatur, ex communissimo retorsionis sive talionis jure. Quæritur igitur (α) *utrum Martialis sibi hoc passu jus dicere potuerit?* (β) *an, ante impetratam restitutionem canis, Victoriano equum reddere teneatur?* Quòd prius attinet, negativè occidimus: Debebat enim Martialis adire Judicem, qui tunc nec momentaneè nec perpetuò cessabat, neq; vindictam privatam exercere. Quam allegat, rei vilitas ipsam in nullo excusat, sed magis inculpat propterea, quòd non potius re viliori carere, quàm vim officio Judicis inferre maluerit. Quoad *posterius* itidem dicendum, Martialem ad restitutionem equi adstrictum esse, canemque per modum reconventionis petere à Victoriano debere. Idcirco namque generaliter judiciorum vigor est introductus, jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. *idd. Dn. Pres. de Vindict. Privat. cap. 2. apb. 2. num. 1.*

TM. XVI. Sextò ad autodicen apparentem meritò quis referre

ferre valebit opinionem illorum, qui bannitum juris Saxonici impune occidi volunt perinde ac eum, qui banno Imperiali innodatus est, quod merito taxat *Caprzov. pr. Crimin. quest. 140. n. 131. seqq.* Nec obstant verba *Glossæ German. Im Land R. lib. 1. n. 5. art. 71. p. 174.* In welcher Nacht so er Jahr und Tag verharret, vertheilet man ihm sein Leib und Guth: intelligenda quippe de condemnatione judiciali, non verò de vindicta & executione privata: prouti quoque responderunt Scabini Lipsiens. *apud Carpzov. l. c. n. 141. PP.* Selbthätiger Weise aber und ohne Zuthun der Obrigkeit (uffn Fall er auch gleich in die Oberacht erkläret worden) ihn umzubringen, oder an seinem Leben sich zu vergreifen ist Niemand berechtiget.

TH. XVII. Quæ supra *th. XII.* de diffidatione licità inter Germanos dicta fuere, illa hodie *Septimam* putamus avtodices apparentis posse constituere speciem. Constat enim ex harum diffidationum literis, quas exhibet Speidelius verbis: *Fehde & Absags-Brieffe* / illas nihil aliud fuisse, quàm denunciationes animi hostilis, quâ quis alii cuiquam significabat, se eum armis, igne spoliis, rapinis &c. persecuturum. Wir N. N. lassen euch wissen, daß wir, die hernach geschriebene N. N. euer und eurer Knechte, die ihr iho habt, oder hernach gewinnen möcht, Feind wollen seyn; ziehen uns auch zu ieglicher Zeit in Frieden und Unfrieden unserer Herren, Helfer und Helffers-Helffer; und nimmt ihr des einigen Schaden, wie sich der zutrüge, des wollen wir unsere Ehre hiermit bewahret han. Dessen zu Uhrkund &c. Paulo alias formulas subministrat *Lebmann. Chronic. Spirens. lib. 7. c. 89. p. 900.* quarum brevissimam huc adscripsisse non pigebit: *Wisset Bürgermeister und Rath der Stadt zu Spire, daß ich Winrich von Fischnich uwer Zind sin will, um solche Ansprach, so ich an uch zu sprechen han, und will des mine Ehre gegen uch und den uvern bewahrt han, mit diesen minem offenen Brieffe versiegelt, Datum &c.* Verum hæ & similes concussiones, exactiones, comminationes cum omni ju-

C

re

re autodices ab ipso dependente abolitæ inter Germanos fuerunt
per Maximilianum I. Imperatorem *Vid. der Königl. Land-Fried zu
Worms An. 1495. Rubr. Friedbot. p. II. in verb.* Daß von Zeit die-
ser Verkündigung Niemand, von was Würden, Stand oder Bes-
sen der sey, den andern bevehden, bekriegen, berauben, fahen, über-
ziehen, und belägern soll, auch durch sich selbst, oder iemands anders
von seinem wegen nicht dienen, noch auch einig Schloß, Stadt,
Markt, Befestigung, Dörffer, Höff oder Weiler absteigen oder
ohn des andern Willen mit gewaltiger That freventlich einnehmen,
oder gefährlich mit Brand, oder in andere Wege dermassen beschä-
digen soll. Auch Niemand solchen Thätern Rath, Hülf oder in
kein ander Weiß Beystand oder Fürschub thun. Auch sie wissen-
lich oder gefährlich nicht beherbergen, behausen, äßen oder träncken,
enthalten oder gedulden: Sondern wer zum andern zu sprechen ver-
meynt, der soll solches thun an den Enden u. Gerichten, da die Sach-
hievor oder ist in der Ordnung des Camer. Gerichts zu Austrag ver-
thädigt sind, oder fünffriglich würden, oder ordentlich hingehören.

TH. XVIII. Succedit octavo Obstagium sive pactum, quo De-
bitor principalis ejusque fidejullores recipiunt, si ad constitutum
diem debitum non fuerit solutum, se ad certum locum venturos
cum certo equorum & ministrorum numero, quot in chirogra-
pho nominatim sunt expressi, nec inde absque veniâ Creditoris
discessuros, donec quoad integrum debitum & omne interesse,
fuerit satisfactum. Formulam ejus Germanicam nobis reliquit
Besold. Thesaur. Practic. verb. 41. Leistung pag. 584. P. P. zu mehrer
Sicherheit haben wir zu rechten Bürgen gesetzt vier unser Bürger
aus unsern Rath, die sie dann fürnehmen und erkiesen werden, also
ob wir sie solcher obberührter so ohngefährlich von ihnen ernannt
worden, nicht bezahlen, sondern geben ihnen die volle Gewalt u. gut
Recht, dieselben ihnen fürgenommene vier Bürger unser Rath, oder
ihrer eines Theils, wie ihnen dasfüglich ist, mahnen zu leisten, und
welcher also ungefährlich von ihnen gemahnet wird, der soll bey sei-
nen

nen guten Treuen in acht Tagen den Nächsten, ohn alles verziehen,
 in die Leistung in ein offen Gastgeber: Haus hie zu N. darein er ge-
 nannt wird, einziehen, und leisten nach Gast: Recht und Gewohn-
 heit, und aus der Leistung nicht kommen, so lang bis wir ihnen die er-
 schienene Zins, mit samt den redlichen und ungefährlichen Schäden,
 ob sie die empfangen hätten, gar und gänzlich entricht und bezahlt
 haben, ohne Gefährde. Interim hæc olim usitata avtodice propter
 nimium sui abusum in Imperio nostro in universum abolita fuit per
 Imperatorem Rudolphum II. *vid. Policen: Ordnung zu Franckf.
 de An. 1577. gebessert. Tit. 17. von wütherlichen Contracten. §. 10. p.
 866. verb.* So wollen wir hiermit die Leistung in fünfftigen Schuld-
 oder Güld: Verschreibungen einzuverleiben gänzlich verbothen ha-
 ben. Da auch einige Verschreibung gleichwohl hinfürters darauff
 gestellet würde, soll dieselbe Leistung, als nunmehr jure publico ver-
 bothen, an ihr selbst nichtig, und demnach kein Bürg noch Schuld-
 ner zu leisten, noch auch den Wirthen, da auf ihn mit der That geleis-
 tet würde, etwas zu bezahlen verbunden seyn. *Consentit jus Saxo-
 nicum Electorale, ut videre est ex Constit. Elect. Aug. part. 2. con-
 stit. 22. verb.* Wir wollen auch das Einreiten und Leisten in
 den Herbergen/ dadurch denn nichts anders/ dann mehr
 Schäden u. Schulden/ und sonst viel Unraths verursacht/
 gänzlich verbothen haben. *Cæterum hanc avtodicen adhuc
 inter Holfatos frequentari docent Dn. Tabor & Dn. Reinboth. in spe-
 cial. Dissp. de Obstag. Sic in quibusdam locis Lusatia hanc obsta-
 gii obligationem certis legibus restrictam adhuc obtinere ex Cop-
 pen. & Gail. tradit Webner. Observat. Pract. b. v. Leistung in fin.
 p. 479. Mihi tamen nunc per quinquennium in Judiciis Lusatia
 Superioris dum hæctenus versatus sum, nulla prorsus hæc in re
 obvenit quæstio, neq; ullam de hujusmodi pactionis usu percepi
 factam mentionem; an verò in Lusatia inferioris aliquo loco ad-
 huc obtineat, mihi non constat; totus tamen dubito quòd hoc
 nostro tempore ista Autoris assertio ullum adhuc ibi inveniat va-
 lorem.*

lorem. Interim ab obstagiis distinguunt tale pactum, quod hodi-
enum jure valere dicunt, quando debitor, se in certo loco, si in so-
lutione cesset, staturum, & antequam satisfactum sit Creditori,
inde non recessurum promittat: hoc enim non jure obstagii cen-
sendum esse, sed vi alterius voluntariæ conventionis ad effectum
jure non prohibitum docent: quemadmodum ita quoque judi-
catum refert *Dn. Carpz. in Jpr. For. part. 2. Const. 22. def. 31.* verba
sunt. Ob wohl im Heil. Röm. Reich/ sowohl auch uff Säch-
stischen Boden die Obstagia, oder das Einreiten und Leisten in
den Herbergen heutiges Tages ganz und gar verbothen und
aufgehoben seynd; da ihr euch aber dennoch in der Schuld-
Verschreibung ausdrücklichen dahin verpflichtet hättet/ daß
uffn Fall ihr die Zahlung bestimtes Tages nicht leisten wür-
det/ ihr euch in eure Behausung gestellen/ und ehe und zuvor
der Gläubiger vollständig befriediget/ nicht von danen hin-
weg weichen woltet/ allein zu dem Ende/ damit der Gläubi-
ger eurer Person halber gesichert seyn möchte etc. So wäre
solche Verpflichtung zu Recht kräftig/ und ihr derselben al-
lerdings nachzukommen schuldig.

TH. XIX. Mentionem supra *tb. 12. fecimus diffidationum,*
quò etiam spectat Chirodice, das alte Faust-Kampff und Kolben-
Recht, de quo meritò conqueritur *Speidel. b. V. quæ & quanta,* in-
nuens ex hac propriâ juris dicendi, seu potius privatae vindictæ,
sapius arreptâ potestate, mala secuta sint, facile quivis Germani-
carum historiarum etiam leviter expertus, cognoscere poterit.
Ac propterea non sine ratione, gravibusque insuper additis pœ-
nis & severis coërcitionibus, insolentes illi, qui lites armis decidi
juraque tolli exoptabant, omniaque ferè illicita sub prætextu ju-
ris conservandi peragebant, in ordinem redacti, ac jus illud inju-
rium, das Faust-Kolben und Muthwillen Recht ab Imperio exter-
minatum fuit. Judicabis proinde, quid statuendum de probatio-
nibus veritatis olim per duella apud populos Gallorum & Ger-
ma-

manorum ferè usitatissimis, de quibus multa ex variis congeffit
Godelmann. de Mag. & Venef. lib. 3. c. 4. n. 27. & seqq. p. 27. Defen-
sio armata, inquit ille, locum obtinebat (*olim*) in criminalibus &
civilibus. De criminibus pleni sunt Langobardorum libri. Impe-
rator Fridericus II. in tribus folis criminibus duellum permisit,
in reliquis interdixit, læsæ majestatis, cædis & veneficii. *Neapol.*
Const. l. 2. tit. 33. Quod verò ad res civiles attinet, exemplum est
de deposito abnegato *lib. 2. tit. 54. in l. si quis per scriptum.* quæ ta-
men lex à Friderico II. abrogata est *lib. 2. tit. 34.* item de venditio-
ne vi & metu extortâ, *l. seqq.* item de paterno debito, *l. si quis post*
mortem. item de remobili vel immobili malâ fide possessâ, *l. 2. tit.*
de prescript. Hodie meritò quævis majestas hoc juris sui probandi
medium, tanquam maximè suspectum, Deumque tentans, prohi-
buit, attestantibus tot constitutionibus Imperii, aliisque Statuum
provincialibus, *add. Boter. de Bell. & Duell. Vischer. de duell. pro-*
vis. & improvis. ibiq. plur. alleg. Dd. Quæ etenim sana ratio alicui
dictare potest, quod provocatus, duellum detrectans, pro confes-
so atque convicto haberi debeat? aut non comparens in bannum
declarari? Absque horrore ferè legi nequit *art. 13. in fin. in Ord-*
nung des Kampff- Rechts am Land- Gericht zu Francken/
quem refert Vischer. l. c. p. 263. ubi contra non comparentem, &
Chirodicen solenni (ut credebant) more acceptantem, sequens
pronunciabatur formula bannalis: P. P. Das urtheilen wir/
und achten dich/und nehme dich von und aus allen Rechten/
und sagen dich in alles Unrecht/ und wir theilen deine Wir-
thin zu einer wissenhaftigen Wittiben/ und deine Kinder zu
ehelafftigen Waisen/ dein Lehn deinem Herrn/ von dem sie
Lehn rühren/ dein Erb und Eigen deinen Kindern/ deinen
Leib und dein Fleisch den Thieren in den Wälden/ den Vogeln
in den Lüfften/ und den Fischen in dem Meer. Erlauben dich
auch männiglichem auf allen Strassen/ und wo ein ieglich
Mann Fried und Gleich hat/ da solt du keines haben/ und wir
weisen

weisen dich die vier Strassen der Welt in dem Nahmen des Teufels bey den Eyden in der Sachre. Potius res omnis occulta Deo committenda fuisset, (cum in terris sapius non tam jus, quam ejus probatio deficiat, *arg. l. 30. de Testam. tutel.*) quam ita Diabolo quasi amplissima aperienda porta, ad duellantium animabus maximè præjudicialis struendum insidias. Tantum de hac Avto-sive potius chirodice apparente.

TH. XX. Posset etiam speciebus Avtodices aliquo modo annumerari, ratione suæ liberrimæ avtodices atque administrationis, frequentissimum quodam judicium Westphalicum à Carolo M. (*vide Marquard. Freher. b. Tr. p. 1. qui hoc ex Ænea Cardinali Europ. cap. 29. de promiss. ad. Reform. zu Frankfurt de An. 1442. b. t. §. 9. item zu Worms An. 1495. b. t.*) primitus institutum: cum enim ille Westphalos sub imperium coactos in fide Christiana retinere non valeret, occultos instituit Judices, viros graves, & recti amantes, quos plectere innocentes haut verisimile fuit, quibus potestatem dedit, ut quam primum dejerasse aliquem comperissent, aut fidem fregisse, aut aliquod aliud flagitium commisisse, mox illum ubi primum comprehendi posset, supplicio afficerent, nullâ citatione præviâ, aut defensione præmissâ. Verum cum sequentibus temporibus hæc nimium concessa licentia in scelus abiret, ita, ut sapius viliores personæ huic tam arduo officio præponerentur, qui magis ex inordinatis avtodices injustæ affectibus, quam ex vero & commérito judicarent, variæ reformationes in priori seculo fuere adjectæ, R. I. zu Erier 1512. zu Worms 1521 *Ordin. Camer. 1555. part. 2. tit. 20. &c.* usque dum nostris temporibus eò perventum, ut hujus judicii usus vel modicus, vel nullus amplius supersit. *vid. Sprenger. Instit. Jur. Publ. l. 1. c. 13. p. 63. Speidel. b. voc. item Tractat. Johannis de Diepurgo, dicti de Franckfordiâ, contra Scabinos occulti Judicii, Feymeros appellatos. per tot.*

TH. XXI. Analogiam quoque cum Avtodice habere videtur retorsio juris iniqui, imò etiam aliquando revera Avtodices speciem constituere poterit, quatenus extrajudicium illa adhibetur,

& speciali legum permissione aut interventu non indiget. Verum cum de hoc ex professo tractaverit *Illustris Dn. Praeses de Vindict. Privat. c. 11.* actum de novo agere nolo. Multo magis condidit loco quaesitum annecto in hac apparente juris Avtodice omnino conducibile: An *Judex in casu, ubi quis sibi ipsi illicitè judicet, in decernendo aut emittendo mandato poenali ad certum quantum adstrictus sit, quoad indicendam poenam?* Responderem, quod non; sed posse Judicem reflexione facta ad subjectum, cui poenalis comminatio applicari debet, ejusdem facultatibus congruam & ad obtinendum finem sufficientem, pro arbitrio aestimare poenam, & in mandato alii, alio graviorem exprimere. Dicis: diversam tunc suboriri poenam, in quantum unus altero gravius propter idem factum eventualiter hoc modo puniretur. Respondeo cum *Illustri Dn. Praeside Syntagm. Jur. Civ. Ex. 1, tb. 32.* Est hic quidem diversitas poenarum in diversis personis, si nudè & in abstracto ipsum illud, quod sustinetur, spectes; sed est eadem poenaratione aestimationis, in quam in concreto venit consideratio hujus personae. Non ergo justitiae contrariatur, si Judex talem mulctam, quanta videtur sufficere ad coercendum illicitè vindicantes, ponderatis circumstantiis aestimet atque injungat.

TH. XXII. Tempus, quo jam circumscriptus teneor, reditusque in patriam necessitas, me, licet invitum, filium abrumperere jubent, pariter ac brevitati studere. Plura equidem avtodices, tam veræ quàm apparentis, genera in jure nostro dabilia non diffiteor, at tamen de omnibus & singulis ex merito agere velle, dies faceret cum meo jam praedictio complures. Sic juxta *l. 35. ff. de Religios.* datur (1.) filio facultas patrem naturalem, si proditor patriae evadat, propria autoritate enecare. (2.) Quilibet nocturnum depopulatorem agrorum arcere etiam cum morte depopulantis valet, *l. un. C. quand. unicuiq. lic. sin judic. se vindic.* De Zigaris (3.) ex Imperio Rom. German. eliminandis *vid. Policen-Ordnung zu Franckfurt, de An. 1577. t. 28. in verb. meynen und wollen auch/ daß sich die Ziegeuner des nächsten aus den Landen*

Teutscher Nation thun/sich der enteuffern/und darinn nicht
 finden lassen; Dann wo sie betreten und iemands mit der That
 gegen ihnen handeln oder fürnehmen würde/ der soll daran
 nicht gefrevelt/ noch unrecht gethan haben. (4.) Constat ex l. 7.
pr. & §. 2. de Aleator. Si quis eum, apud quem alea lusum esse dicetur,
 verberaverit, damnumve ei dederit, sive quid eo tempore dolo ejus
 subtractum est, à Pratore iudicium non dari: item furtum factum do-
 mi eo tempore, quo alea ludebatur, licet lusor non fuerit, qui eorum
 fecerit, impunè fieri. (5.) huc refert *Illustris Dn. Praeses sap. cit. Tr. de Vir-*
dict. Privat. c. 3. aph. 9. per tot. l. fin. C. de Malef. & Mathem. quod cuilibet
 privato permissum sit maleficiorum labe pollutos deprehendere,
 occupare, & illico ad publicum pertrahere, & iudicum oculis com-
 munis hostem salutis ostendere. (6.) de Transfugâ, qui malo confi-
 lio & proditoris animo patriam reliquit, indubitatum est, quod ubi-
 cunque inventus fuerit, quasi hostis interfici queat, l. 3. §. 6. ad. L. Cor-
nel. de Sicar. (7.) militiae defertor propter l. 2. C. de Defertor. quò facit
Tit. 6. Jur. Milit. Svecic. §. 47. Wird ein geworbener Reuter
 oder Fußknecht aus unsern Dienst Feldflüchtig/weichet und
 rennet auch von seiner Fahne/ also daß er dieselbe nicht bis
 auff's äusserste/und so lange/bis sie wieder in ihr Gewahr sam
 kome/verthädiget/der soll am Leben gestraffet werden; da er
 aber inmittelst von iemand verwundet/oder in der Flucht ge-
 tödtet würde/soll dem Todtschläger nichts darinn geschehen/
 sondern schadlos gehalten werden. Clariora ferè quæ continen-
 tur in *Sacri Rom. Germ. Imperii Reuterbestallung art. 63.* Da ei-
 ner im Felde von seiner Fahnen fliehen/ oder sonst heimlich
 oder öffentl. Flucht machen würde/der soll an Ehre/Leib und
 Leben gestrafft werden. Da auch andere/die solches sehen/
 deshalb auf unverwandten Fuß in denselbigen schiessen o-
 der stechen/ dieselbigen daran nicht gefrevelt/ sonder darzu
 noch grossen Danck verdienet haben. Hæc & familia B. L. solum
 in transitu quasi communico, ut ansam impofterum capias, si
 fortè placuerit, aliquid de Tuo addendi. Vale interim
 æquique consule.



Coll. diss. A 224, Misc. 40